Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



lxm

70

Omine ne longe
facias auxilium tuum
a me ad defensionem
meam aspice libera me
de ore leonis et a cor-
nibus unicornium humilitatem meam.
Ps. Deus deus meus respice in me
quare me dereliquisti longe a salute mea.
Kyrieleyson. Christe. Kyrieleyson. Agnus dei.
simplia melodia dicat absque
Gloria in excelsis. sic per totam xl.m dominicas
Omnipotens sempiterne deus. qui
nec offendis. qui humano gene-
ri ad imitandum humilitatis
exemplum salvatorem nostrum carnem
sumere et crucem subire fecisti.
concede propitius. ut et patientiae pri-
ne dominicae. et resurrectionis con-
sortia meremur. Per eum. Ad phi-
lipenses. Hoc enim sapiatis.
sentite in vobis. quod et in
christo iesu. Qui cum in forma dei
esset non rapinam arbitratus est
esse se equalem deo. sed semetipsum
exinanivit formam servi acci-
piens. in similitudinem hominum fac-
tus. et habitu inventus ut
homo. Humiliavit autem se-
ipsum factus obediens usque ad
mortem. mortem autem crucis. Propter
quod et deus illum exaltavit. et do-
navit illi nomen quod est super
omne nomen. ut in nomine iesu
omne genu flectatur celestium terre-
strium et infernorum. Et omnis lin-
gua confitetur. quia dominus iesus christus
in gloria est dei patris. Gradualis. Tenui
sti manum dexteram meam et in voluntate
tua deduxisti me et cum gloria assumpsisti
me. V. Quam bonus israel deus rectis
corde mea autem pene moti sunt pedes pe-
ne effusi sunt gressus mei. quia zelavi in
peccatoribus pacem peccatorum videns. Tr.
Deus deus meus respice in me quare
me dereliquisti. V. Longe a salute
mea verba delictorum meorum. V. Deus
meus clamabo per diem nec exaudies
et nocte et non ad insipientiam mihi.
V. Tu autem in sancto habitas laus israel.
V. In te speraverunt patres nostri speraverunt
et liberasti eos. V. Ad te clamaverunt
et salvi facti sunt in te speraverunt et
non sunt confusi. V. Ego autem sum ver-
mis et non homo obprobrium hominum
et abiectio plebis. V. Omnes qui vi-
debant me aspernabant me locuti sunt
labiis et moverunt caput. V. Speravit
in domino eripiat eum saluum faciat eum
quoniam vult eum. V. Ipsi vero considerabant
et inspexerunt me diviserunt sibi vesti-
menta mea et super vestem meam miserunt
sortem. V. Libera me de ore leonis et a
cornibus unicornium humilitatem
meam. V. Qui timetis dominum laudate
eum universum semen iacob magnifica-
te eum. V. Annunciabitur domino generatio
ventura et annunciabunt celi iustitiam
eius. V. Populo qui nascetur quem fecit
dominus. Alleluia et deinceps ipsis
tenentibus palmas in manibus usque